



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Ascensio Christi in caelos

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



quit, ita à nobis arrhabonem carnis accepit, & vexit in cœlum, pi-  
gnus totius summe illic quandoque redigende. Securi igitur esto  
te caro & sanguis, vñ passus & cœlum & regnum in Christo. Aut si  
negent vos in Christo, negent & in cœlo Christum qui vobis cœ-  
lum negauerint. *Tertull. de resurr. carnis.*

In cœlum circumfusâ nube sublatus est Christus, vt hominem  
quem dilexit, quem à morte protexit, ad partem victor imponeret.  
*Cyprian. in sext. Symb.*

Nullus ambigit cum ad cœlos Christus ascenderit; quamuis vir-  
tute spiritus adhaerit, præsentia carnis tamen abfuit.

*Item.* Credere oportet fideles, quamuis corpore suo abfit Chri-  
stus, virtute tamen sua omnia & nos gubernare, semperque adesse  
omnibus qui eum diligunt.

*Item.* Et si corpore abiens sit Christus, Patri pro nobis apprensus,  
ad dexteram ipsius sedens: habitat tamen in Sanctis per Spiritum,  
nec patitur eos orphanos esse. In cœlum ascendens per Spiritum  
immisit: non enim carne cum Apostolis conuersari poterat: cum  
ad patrem ascenderit. *Cyrl. in Ioannem. 5. in dialog.*

Præbeat vobis omnibus credere in resurgentem, suscipere ascen-  
dentem & rursus venturum: venturum autem non de terra, certus  
sis, homo, propter multos seductores qui venturi sunt. *Cyrl. Hie-  
rosol. in Cath.*

Vbi & quomodo in cœlo sit corpus dominicum, curiosissimum  
& superuacaneum est querere: tantummodo in cœlo esse creden-  
dum est. Non enim fragilitatis nostræ est secreta cœlorum discute-  
re, sed est nostræ fidei de domini corporis dignitate sublimia & ho-  
nesta sapere. *Aug. l. x. de fide. 5. Symbolo.*

Secundum hominem in terra erat & non in cœlo, vbi nunc est,  
quando dicebat, Nemo ascendit cœlum, nisi filius hominis, qui est  
in cœlo: quamuis secundum id quod filius Dei erat, esset in cœlo:  
secundum id verò quod erat filius hominis, adhuc esset in terra,  
nondum quem in cœlum ascendisset. Noli itaque dubitare, ibi nunc  
esse hominem Christum vnde venturus est, secundum Christianam  
confessionem: Resurrexat à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad  
dexteram Patris, nec aliunde est venturus, in eadem carne forma &  
substantia.

*Item.* Ascendit ante vos, sic venturus, vt eum vidistis abeuntem.  
Tollitur corpus ab oculis vestris, sed non separatur Deus à cordibus  
vestris. Videte ascendentem, credite in abientem, sperate venien-  
tem, sed tamen per misericordiam occultam sentite præsentem. Ille  
qui ascendit in cœlum, vt tolleretur ab oculis vestris, promisit vo-  
bis, dicens, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem se-  
culi. Merito & Apostolus sic nos alloquitur: Dominus in proximo  
est, sedens super cœlos Christus, & longe sunt cœli, & ipse qui ibi  
sedet, prope est.

*Item.* Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamen  
sic etiam nobiscum est veritas Dominus, corpus enim in quo resur-  
rexit, in vno loco esse oportet: veritas autem eius vbiq; diffusa est.

*Item.* Prorsus hic est Dominus noster Iesus Christus. Imò hic ce-  
rat secundum carnem, modo hic est secundum diuinitatem: ascen-  
dit in cœlum, ibi sedet ad dexteram Patris: audiant, & teneant. Re-  
spondeat aliquis, Quomodo teneo abientem? quomodo in cœ-  
lum manum mittam, vt ibi sedentem teneam? fidem mitte, & te-  
nuisti. Parentes tui tenuerunt carnem: tene corde, & prærens & ab-  
sents est Christus, nisi enim prærens esset, à nobis teneri non posset:  
& abijt, & hic est. Corpus suum inculit cœlo, maiestatem non ab-  
tulit mundo.

*Item.* Secundum corporis præsentiam, & carnem, quam verbum  
assumpsit, ascendit in cœlum, non est hic. Ibi sedet ad dexteram Pa-  
tris, & hic est: Non enim recessit præsentia maiestatis.

*Item.* Semper quidem nobiscum est diuinitas sua: sed nisi cor-  
poraliter à nobis abiret Christus, semper corpore ipsius videremus,  
& nunquam spiritualiter crederemus.

*Item.* Ideo absentauit se Dominus corpore suo ab omni Ecce-  
lesia, & in cœlum ascendit, vt fides adificetur.

*Item.* Gloriam corpori dedit: naturam non abstulit. *Idem epist.*

*ad Dardan. tract. 16. 30. 106. 11. in Ioan. de fide ad Pet. c. 2. serm. 140.*  
Quorum sepulchra in passione Domini sunt patrefacta, horum  
corpora Christo resurgente de puluere, sunt suscitata. Decbat e-  
nim, vt ille prius resurgeret, deinde illi, sicut dixit Apostolus Paulus,  
Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Et sicut cum  
Domino surrexerunt, ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse  
creduntur. *Idem in serm. de resurr.*

Raptus est Dei filius ab humanitate ad diuinitatem, in transfigu-  
ratione: à passibilitate ad immortalitatem, in Resurrectione: à mino-  
ritate ad patris æqualitatem, in Ascensione: quia quantus fuit de-  
scensus à sinu patris ad patibulum crucis, tantus fuit ascensus à pa-  
tibus crucis vsque ad dexteram patris. *Idem in Apoc.*

Quum audis eleuatam, agnosce militiæ cœlestis obsequium,  
non auxilium: seruitium, non subsidium: ministerium, non adiu-  
torium. *Idem in act.*

Dominus noster Iesus Christus, dum naturam humanam syde-  
ribus importauit, credentibus cœlum patere posse monstrauit:  
dum vincentem in cœlestibus eleuauit, victorem mortis, quo se-  
quatur, ostendit. *Ibidem.*

Ascensio Dei, catholice fidei confirmatio fuit, vt fecer-  
um crederemus, & miraculi illius domum, cuius etiam  
perciperemus effectum. *Idem in serm. de Ascens.*

Nos Christi mors viuificauit: nos resurrectio erexit:  
ascensio conferuauit. *Ibid.*

Resurrectio Domini spes nostra est, ascensio gloriam  
Si ergo rectè, si fideliter, si deuote ascensionem Domini  
mus, ascendam us cum illo, & sursum corda habeamus.

Virtutes ministræ præcedentes Christum in ascensione  
virtutes clamant, vt viam Domino venienti aperiant, et  
ranr. Reuerate (inquiunt) cœlestes aditus, venientem Domini  
nalis ingressus pateat, aperiantur æthereæ januæ Domini  
dium valuæ, & introibit rex gloriæ in cœlum, vt ad domum  
interpellet pro nobis. Ipse enim virtutes angelice, non  
carne induti stupefactæ, quærunt cum aduatore, vt  
rex gloriæ: quibus respondet alia, Dominus virtutum, vt  
enim multi seirent ipsum esse hominem: non tamen  
manam naturam supra se exaltandam. *Hieronymus*

*Arrollite portæ.*  
Vultus eius iustus cognoscere? de cœlo venit iustus  
ro venit in præsepium, de præsepium in crucem, de crucem  
pulehram, de sepulchro redijt in cœlum. *Gregorius homi-  
Euang.*

Saluator noster, qui cum in ea carne quam assumpsit  
cœlum, peregrè profectus est: quia locus carnis prope  
quæ quasi ad peregrina loca deducitur, quum in cœlo  
*Ibid.*

Illo reuertebatur Christus, vbi erat, & inderedibit  
bit: quicum per humanitatem ascenderet in cœlum, per  
suam, & terram pariter continebat, & cœlum. *Ibid.*

Oportet, fratres charissimi, vt ille sequamur corde,  
credimus corpore ascendisse, & si adhuc tenemus in terra  
poris, sequamur tamen eum passibus amoris, quia ipse  
ascendit, terribilis redibit. *Ibid.*

In hac solennitate deletum est chirographum nostræ  
nis, mutata est sententia nostræ corruptionis. Illa enim  
dictum est: terra es, & in terram ibis, hodie in cœlum  
*no. 26.*

Ascendimus duobus modis, meditatione & oratione.  
quidem quid dedit, docet: oratio, ne desit, obinet. *Bern-  
Ascensio.*

Ascensionis quatuor dicimus esse gradus, prima ad  
in corde: tertia de corde: quarta super cor. In prima  
minus: in secunda auditur consiliarius, in tertia delecta-  
sus: in quarta videtur Deus. *sup. Cant.*

Domino meo datum est singulariter sedere à deo  
gloria cœquali, in essentia consubstantiali, pro generatione  
mili, maiestate non dispari, æternitate non postero.  
*num. 110.*

Natura, cuius causa paradisi à Cherubim custoditur  
super Cherubim cum summo honore suscepra est: non  
ctum est, Terra es, & in terram reuertaris, hodie in cœlum  
sine termino super cœlos regnat. *Chrysostomus in homi-  
sione.*

Fit caro verbum, id est, homo Deus, & qui homo est  
& qui Deus est, de cœlis est, ascendit descendens: sed  
non descendens, est qui erat, & quod est, non erat. *Hil-  
rate.*

Non solum hodie cœli possessores firmati sumus, sed  
cœlorum in Christo penetrauius, ampliora recepimus  
ineffabilem gloriam, quam per Diaboli perdidimus, quia  
quia quos Diabolus de primi habitaculi felicitate eiectus,  
lius sibi incorporatos ad patris dexteram collocauit. *Idem  
serm. Ascensio.*

Non otioso inter resurrectionem & ascensionem  
discursu, sed magna confirmata sunt sacramenta, argu-  
mytheria, in eis dicitur mortis aufferitur metus, vere familiaris  
mortalitas declaratur. In his insufflatus spiritus sanctus  
in his beato Petro præter ceteros oculis dominici cuius  
*Idem ibid.*

Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo,  
ergo in cœlum ascendere desiderat, ei qui de cœlo descendit  
vt in cœlo le vera fidei & dilectionis unitate coniungatur,  
telligit, quod nullo alio ordine, nisi per eum, qui de cœlo  
dit, in cœlum ascendere possit. *Beda sup. Ioan.*

Refrenam iram, expue malitiam, expugna luxuriam, & per  
virtutibus fecisti gradum, qui ducit in cœlum. *Grego-  
Symbol.*

Vnus idemque homo Localis ex homine, qui est  
sus ex Patre, vnus idemque secundum substantiam, hinc  
sens cœlo quem esset in terra, & descendens terram, quod  
dit in cœlum: secundum diuinam vero immensitatem  
tiam, nec cœlum dimittens, quum de cœlo descendit,  
deserens, quum ad cœlum ascendit. *Enlightenment libri  
Thomasm.*